



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt II. De Spe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

tuis meritis salvari, peccas insuper peccato contra fidem, speciatim, ut ex se patet, confitendum.

§. I. De Tentatione Dei.

Tentatio Dei quædam præsumptio: Qui enim Deum temerè tentat, de Deo non sperat, sicut oportet. Confistit ejus qualitas, quæ posset vocari voluntas de experientia Dei, indebita, & temeraria investigatione divini beneplaciti, vel divinorum attributorum per media incongrua, & aliena ab ejus providentia: ita Calisto Pal. 3. d. 2. de tentat. Dei. p. 1. n. 5. fin. Si ejusmodi investigatio fiat ex dubia fide, quam quis habeat divinorum perfectionum, addetur species peccati hæresis, si ex mera curiositate, vel temeritate, erit simplex Dei tentatio: quæ duplex est; Explicita, & implicita seu interpretativa? ita S. Th. c. 2. q. 97. art. 1. & passim.

1. Explicitè Deum quis tentat, quando vel à Deo petit miracula, seu extraordinarium quemlibet providentia modum, vel exponit se gravi periculo, v. g. mortis ut exploret potentiam, vel amorem, vel simile attributum Dei, qui ipsum per miraculum liberet, Implicitè, seu interpretativè tentat, quando hæc, vel similia expectat sine actuali animo explorandi, res ipsa tamen petit, vel facit aliquid, quod ex se miraculum poscit. Vtrumque est peccatum, sive contra Religionem, sive contra spem, nisi obiter indeliberatè, vel nisi peculiaris Spiritus sancti instinctus urgeat, ad quem cognoscendum magna debet intervenire, ejusdem Spiritus directio, ne Angelus Satanæ transigret se in Angelum lucis: ita Bonac. in primis Dec. præcept. d. 3. q. 9. artic. 2.

2. Expressa Dei tentatio facilius, quàm implicita est mortalis, quia in ipsa semper adest temeritas, quæ petitur experientia de Deo: si tamen fiat ex curiositate, atque in re levi, putò cum Tol. lib. 4. c. 19. n. 7. posse esse veniale. Contra, interpretativa potest facilius esse venialis ex parvitate materie, ut accidere solet in homine docto, si velit prædicare sine prævia meditatione, vel in homine pio, si in levi morbo nollit uti medicinis, sperando vanè salutem à Deo, sed non perito miraculo. At se offerat temerè martyrio, vel per longum tempus se omni cibo abstinere sub prædicta spe grave quid est mea sententia.

3. Sperare in Deo principaliter, & minus principaliter in sua, vel creaturarum opera, non est præsumptio, nec Dei tentatio, cum ipse Deus eam operam, in nõa velit, & jubeat ita Azor. p. 1. lib. 9. cap. 2. q. 7.

CAPUT III.

De Charitate erga Deum.

§. I. Quid sit Charitas, & quæ sint peccata contra ipsam?

Charitas Dei (nam de charitate erga proximum suo loco) est virtus supernaturalis, quæ Deum super omnia appetitivè diligamus. Dico (appetitivè) quod aliàs dici potest, toto corde, & tota anima, hoc est, ita ut Deus vero animo magis æstimetur, quam æstimentur cætera, esto cætera aliquando intensius, seu tenerius diligantur. Sic homo intensius nonnunquam amat pecuniam, quàm filium; at certè nequaquam magis appetitivè: quia in concursu jacturæ filij, vel pecuniæ, pecunia negligetur, non filius. Debemus igitur Deo amorem appetitativum, quia omnis recta ratio dicat, ut summum bonum, à quo omnia bona nobis fluunt, summo, ac perfectissimo amore tanquam ultimum nostrum finem amemus, perfectiorem autem esse amorem appetitativum, quàm quemcunque alium, per se notum est.

2. Contra charitatem Dei dupliciter peccatur. Primò, per omissionem contra præceptum affirmativum.

etque liberalium, atque adeo Sanch. loc. cit. num. 4. Grammaticæ, Rhetoricæ, Musicæ, Arithmeticæ, &c. sive ij Magistri, Laici sit, sive Clerici; sive publicè, sive privatim doceant. Addeque excommunicationem, sive privationemque beneficiorum, ac Dignitatum, sive inhabilitatis ad alia obtinenda, contra quoscunque promovere eos, qui fidei ejusmodi professionem non emittunt.

9. Vbi nota primò alieni hoc Decretum in usu non esse, ac propterea non obligare, & in locis ubi viget, fuisse esse semel aliàs modò n. 6.

10. Nota secundò excommunicationem latæ sententiæ, aliisque pœnas, atque adeo peccatum mortale, quod ex dicto Pij V. Decreto colligitur fulminari folum in promovere, non in pronotare, ut patet ex ipso Decreto. Promoti ergo tantum obligabuntur ex præcepto intimati per illud (teneantur) quod certè verbum in materia gravi obligari sub mortali cum communi sententia diximus in nostro opusculo, de excommunicatione lib. 3. cap. 1. §. 8. At ex alio capite promotus excusatur à mortali, quia nimirum, quod vir Catholicus suscipiat munus sine tali externa professione, nisi non apparet res gravis; dum enim ipse nullum periculum habet recedendi à fide, non videtur grave, relinquere illam externam actionem. Non sic putandum de promovenibus, qui cum sint Ministri publici debent attendere ad executionem Decreti tam utilis ad fidei puritatem conservandam.

CAPUT II.

De Spe.

§. I. Quid sit Spes, & de peccatis contra ipsam?

Spes, virtus Theologica, est expectatio certa beatitudinis ex Dei gratia, & nostris meritis ipsi gratie cooperantibus. Ita Mayll. in 3. distinctione 26. Duo sunt peccata commissionis contra ipsam. Alterum per excessum, vocaturque præsumptio: Alterum per defectum, appellaturque desperatio: utrumque est ex peccatis contra Spiritum Sanctum: ita S. Thom. 2. 2. q. 44. art. 2.

1. Dixi (commissionis) nam adest etiam contra ipsam peccatum omissionis, estque omisio sperandi dicam beatitudinem eo tempore, quo urget necessitas, illam sperandi. Id quod quando, sit, & potest ex dictis sap. 4. cap. 2. §. 1. & num. 8. de necessitate actus fidei, cum tamen iidem casibus, in quibus urget actus credendendi, urgeat regulariter & sperandi, nimirum per accideret & indirectè, numquam verò directè & per se: ita Layman lib. 1. tr. 2. cap. 2. n. 1. Sanch. in dec. lib. 2. cap. 3. n. 3. Lege Calisto P. tom. 1. tr. 5. de veritate spei, p. 4.

2. Præsumptio igitur committitur, cum quis confidit ex se ipso, vel ex naturæ viribus consecuturum, sive gratiam, sive virtutes supernaturales, sive gloriam; vel confidit quidem consecuturum ex Dei auxilio, sed sine sua cooperatione: ita idem.

3. Desperatio est, cum quis desperans se gratiam, vel gloriam consecuturum, suam cooperationem adhibere non curat. Nota in nostris regionibus rusticos confiteri solitos se in desperationem incidisse: at non intelligunt de peccato spei Theologicæ contrario, sed de quodam ita, seu impatientiæ impetu cum blasphemis non semel admisso, vel quid simile, quod ipsi, patris sermones, desperationem appellant.

4. Duo nota. Primò, in prædictis peccatis contra spem non adest materie parvitas, ut ex supradictis lib. 1. cap. 1. §. 3. constat. Secundò, si solum præsumas, vel desperes, peccas contra spem: at si addas errorem in intellectu, affirmando, v. g. te ad ultimum posse sine